successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium ad alios omnes consequendi Causa eiusque Terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniendum ad Euictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque mones appellationes ac canem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus iuribus protectione Terrestri bello Conuentione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Idem Recognoscens Filiae suae Tenetur.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Iwan Bandrowski sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis quoad actum praesentem attinet se et successores bonaque sua granita omnia totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Annae Bandrowska virgini filiae suae et ipsius successoribus summam Ducentorum florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando Certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque apud ipsum per se recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam Ducentorum florenorum polonicalium idem recognoscens suos successores in et super bonis suis granitis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eique creditrici suae et illius posteris inscribit et obligat post mortem sui recognoscentis soluere et coram officio Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam nullis sub ab eodem officio non eff... iubere nec arestare vel quouis modo impugnare. Idque Sub vadio similis summae Ducentorum florenorum pecuniae polonicalis per eiusdem recognoscentis successores ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco supraexpressis ad soluendumque succumbendo. Insuper idem recognoscens Nobilis Iwan Bandrowski eidem Nobili Annae filiae suae aut ipsius posteris tum et Tutori ipsius per se recognoscentem ipsi

assignatori

assignato dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex libris actis Castrensibus autem depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendumque succumbens ac pro summa ipsa principali soluta soluenda citati existentes successores sui recognoscentis Ad instantiam praefatae Nobilis Annae filiae suae aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad sendum spectat mediante Terminos in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere medere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omnia adiudicanda pati debebunt ac tenebuntur successor ad eadem omnia obligat eundemque Terminum primum peremptorium et alios omnes consequendi Causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniendum ad Euictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque mones appellationes ac canem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus iuribus protectione Terrestri bello Conuentione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Idem Recognoscens super inscriptionem filii sui Consensum praebet.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Iwan Bandrowski sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se et successores bonaque sua granita omnia totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum